

sane hoc; non tamen ideo admittendus est iste pes, si tuto vitari potest. Sed quæstionis statum non intellexit Vir doctissimus. Dicere debuerat, “pedem daëtylum ante finalem iambum tetrametrum trochaicum admittere.” Et hoc, ut dixi, aliquando faciunt Comici, sed pudenter et raro; tribachyn vero ante finalem tetrametri trochaici iambum non solum Comici, sed etiam Tragici admittunt.

Ανόσιος πέφυκας. ἀλλ' οὐ πατρίδος, ὡς σὺ, πολέμιος.
 Μὴ θανεῖν κλοπῇ δ' ἀφῆγμα, διαφυγοῦσα πολεμίους.
 Κάμε τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸ, νὴ Δί, ὥστε καταγέλων.
 Τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ Δημολογοκλέων.
 'Αλλὰ χοῦτος ἔτερος. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔστι Φιλοκλέους.

Sed hoc Tragici et Comici tetrametri trochaici commune est, ut neuter usquam daëtylum recipiat, nisi in proprio nomine, quod paucis ostendere operæ pretium fortasse fuerit. Ut tamen chartæ et tempori parcam, loca adscribam, prout legi debent.

Νὴ Δί, ἐξάγων γε τἀπόρρηθ', ἀμ' ἄρτον καὶ κρέας.
 Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἀνδρες ἀλκιμώτατοι.
 Οὗτος ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον, ἀντὶ μήλου καὶ βροᾶς.

Sic pro ὄντιν' habent secunda Juntina et Suidæ v. *Αμυνίας* editio Kusteriana. Suidas Med. et Ald. ὄν, prope verum.

ad. p. 27.
 Τοῖς γελῶσι, δ' ἡδέως διὰ τὸ γελᾶν κρίνειν ἐμέ.

Quod ad anapæstos attinet, satis notum est, dimetros frequentissimum esse genus; monometrum tamen ali-